

pficit et statim ad propria reuer-
 tar. prope vacuus negocijs. va-
 cuus igitur homo manibus reuer-
 sus undique destitutus lamenta-
 batur seipsum de vana spe ingra-
 torum amicum et de inutilibus labo-
 ribus quos pro eorum sustinuit di-
 lectio. pergit igitur ad tertium amicum
 cum de quo modicam curam habuit
 nec socium leticie sue eum aduoca-
 uit et ait ad eum desuso et in terra
 vultu dimisso. non habeo os
 loquendi ad te. cognosco enim quod
 nunquam tibi benefeci nec amica-
 biliter me circa te habui. sed quod
 mea aduersitas me apprehendit
 durissima et nullam spem salutis
 in ceteris amicis meis cepi. veni
 ad te necessitate impulsus rogans
 si est tibi possibile aliquid auxilium
 vel modicum impendere ne tardes
 in memoriam ignorantie mee. tunc ille
 hilariter vultu respondit. certe amicum
 meum carissimum. scite oportet esse et
 medicum tui beneficii non immerito.
 mor. sed cum usura retribuam tibi ne
 timeas nec formides. ego proce-
 dam te ego interueniam pro te apud
 regem et non tardam te in manibus
 inimicorum tuorum. scite ergo dile-
 ctissime ne desisteris. tunc respon-
 dit ille dicebat cum lacrimis ha-
 mi mihi quod pro lamentabam aut po-
 tius plangam vanum affectum repen-
 dendam que falsis adhibui amicum
 an amenciam meam plangam quod
 huic vero germano amico nul-

lam familiaritatem tribui. et post
 pariter sanctus barlaam interpretatur
 regi iosaphat parabolam istam. Dicitur
 mus amicus est amor pecunia
 rum et possessio diuitiarum pro quibus
 homo se multis subicit periculis
 et in hora mortis quando presentatur est
 iudicium viles suscipit periculosos
 ad sepulturam. Secundus amicus est
 vxor filij fratres sanguinei quam
 amore inheremus in vita aiam
 et corpus propter illos spernentes
 amorem. sed in hora mortis et an-
 gustia feretrum sequuntur sola vel quod
 ad sepulcrum. deinde reuertente
 curis suis vacant non minus ob-
 litione memoria quam corpus opor-
 tet sepulcro. Tertius amicus
 est despectus et grauis non famili-
 aris sed exorsus iustorum operum charitas
 scilicet fides spes caritas ieiunia ele-
 mosina ceteraque virtutum congrega-
 tio que procedunt nos ante faciem iudi-
 cis et excusant nos nec patiuntur
 nos ad penas infernalium demergi.
 sed ad gloriam regni celestis introdu-
 cere possunt quam gloria nobis cedat
 ihesus christus pro secula benedictus. Amen. *Dioca ix*

Homo quidam erat diues
 qui habebat Lu. xv. lalua-
 tor noster considerans omnes ho-
 mines promptos esse ad dona dei pro-
 cipienda ille ista iste illa et videt
 quo homines negligenter se habent dissi-
 panda bona sua. considerat etiam ri-
 gorem iusticie sue quo rationem
 exacturus est de omnibus perceptis